

de Laon et non pas, comme le veut l'éditeur dans Migne, Anselme de Cantorbéry (1). Il rapporte la réponse citée de Lanfranc, qui a été son maître, dans une consultation sur la même question et la cite comme preuve de la solution qu'il donne. Il est donc fort probable que dans le manuscrit de Munich nous retrouvons pour la première fois la décision de Lanfranc lui-même.

Nous passons d'autres sentences analogues. Au fol. 89v, nous lisons en marge le nom de Bonizon. Il se rapporte à un passage qui a trait à la querelle des Investitures. Ce texte ne se trouve pas dans les œuvres connues de Bonizon ; mais il est si complètement dans la ligne de sa pensée et de sa manière qu'on ne peut douter de son authenticité. Il mérite d'être reproduit intégralement :

Quis sane mentis ignorat aram sancti spiritus anulunque fidei, signaculum sponse, quod episcopus, ut totus sit dexter, in brachio suscipit dextero, virgamque pastoralis iudicii, qua regimen traditur animarum, per seculares non posse nec deberi dare dignitates? Quamvis falsissimum esse nulli dubium sit sciolo, sunt tamen qui dicunt decretis romanorum pontificum sergii et stephani et nicolai iunioris hoc regibus esse concessum. Sed nefas est credere preclaros dei pontifices tam inutiliter contra sanctorum patrum decreta venisse, quamquam si essent, evidentissimis nullius momenti aperte demonstrabimus argumentis. Romanorum enim proprium est pontificum, omnibus ecclesiis iudiciaria lege preminere omnibusque subiectis sua cuique iura illibata servare, superbos deprimere, humiles sublevare, afflictis et captivis manum consolationis porrigere, pro defendenda iusticia usque ad mortem decertare, non canonum iura et sanctorum patrum decreta cassare. Sed ut primus leo papa dicit : Novos canones possunt quidem cudere sed tales, qui veteribus non obviat, et veteres non destruere, sed pro consideratione temporum immutare. Et hoc de dispensatoriis canonibus sentiendum est, non de necessariis. Necessarii enim nullo modo possunt inflecti nullave ratione immutari vel levari ut ille de pontificali electione magni leonis ore prolatus in hunc modum : Nulla ratione sinit, ut inter episcopos habeatur qui nec a clero est electus nec a plebe expetitus et iudicio conprovincialium non est approbatus. Quomodo enim a clero eligitur qui nescitur ; qualiterve a conprovincialibus laudatur qui ignoratur? Ubi autem transgressio canonum est, ibi Christus non est. Quod si aliqua malivolentia vel quovis ingenio vel casu principis defuerit assensus, non minus rata debet esse electio que iuxta scita canonum est celebrata. Consuetudine non levatur peccatum sed augmentatur.

Il suffit de lire ce texte pour être convaincu qu'il se rapporte à la querelle des Investitures. Sommes-nous en présence d'un extrait d'un petit traité systématique composé par Bonizon, ou

(1) Cfr mon étude : *Das Schrifttum der Schule Anselms von Laon und Wilhelms von Champeaux in deutschen Bibliotheken*, Munster, 1936, p. 122.